

250.

Cod. CX. n. 1.

Sancta nocte Pentecostes, ibique in margine
superiori praemittitur: "Festa 8 post festum
S. Katharine 1489. per Sigismundum gleibitz
aus In Trüfftern tunc temporis Anceherich".
Festum translationis S. Rudberti, uti et Vir,
gilii vocatur summum, frequenter fit men-
tio processionis solennis ad monasterium;
fortassis S. Petri; comitantibus eam Rei-
toribus. Festorum officii praemittuntur
soepe notitiae de origine institutione eo-
rum; lectionum vero Pontificum bullae
leguntur, aliaque exhibentur ad Litur-
giam spectantia non infimi momenti, v. g.
In festo Transfigurationis Domini legitur:
"Item nota, quod eadem die conficitur
sanguis Christi de novo vino si inveniri potest,
aut aliquantulum de natura uva in cali-
cem equatur, et benedicuntur racemi" &c.

Cod. CX.

Chartae: Fol. locc: 15.

7.

Hugonis de S.
Victore liber
de Sacramentis
Christiana fidei.

2a - 29b.

editiones

Hugonis de S. Victore Tractatus de
Sacramentis Christianae fidei. Titulus est: "Hu-
go de Sacramentis Christianae fidei"; initi-
um: "Studio quorundam" &c. Opusculum
istud a codice nostro mutilum exhibetur,
finitur enim partis 4^{ae} Cap. 8^{mo}, ut do-
cent Argentina Fol. 1485, et Mogunt. Fol.
1617. T. B. pag. 347. Legg. De Hugone vi-
de supra Cod. XCVI. n. 5.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 110

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 251.

Cod. CX. n. 2-4.

251.

2

Sermones de Do-
minicis & Festis.
Nicolai Kempht
de Argentina.

30a-121a //

Sermones de Dominicis, et nonnullis Festis.
Primus est de Dominica prima Adventus, cujus
exordium incipit: "Adventum domini recolentes,
sermo autem ipse: " Hodie sancta mater
Ecclesia incipit officium divinum." Sic,
si que themate carent. Authorem esse Nico-
laum Kempht de Argentina, Monachum
Carthusianum, et Gemnicensem Priorem,
qui centenarius defunctus est 1497.
docet Bern: Petz in Bibl: Arct: T: IV.
in Praef: n. 32.

3

Sermones de
Dominicis festis.

126a-232a //

Sermones alii de quibusdam Dominicis,
et festivis diebus, ac variis materiis. Primus
horum incipit: "Mora est jam nos de
somno surgere, Paulus scribit nobis haec
verba! Themata sumuntur tam ex evan-
gelii, quam epistolis, et aliis scripturae
locis. Sermonibus nonnunquam furiores
immiscentur notitiae historicae.

4

Vocabular:
latino-germanic:

233a-244a //

Vocabularium latino-germanicum.
Titulum praefert: Incipiunt se voca-
bula bona, et optima. Praecedant nomi-
na, quorum primum est: Deus got; se-
quuntur verba ordine alphabetico. Anidem
sit cum Vocabulario latino-germanico Tho-
mae de Haselbach, quod Ms: a. servatur

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 110

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 252.

252.

Cod. CX. n. 5.

(a) Apfalter, in Sibl. Acad. Vienn: (a) edicant, quibus
Univ. Vien. lect. utriusq. conferendi est facultas.
p. 156.

5.

Homiliae, seu
Expositiones
Evangeliorum.

245a-295a

Homiliae, seu Expositiones Evangeliorum.
Rubrica praefixa est: "Incipiunt expositi-
ones evangeliorum secundum mathem do-
minica prima in adventu domini". Non
obstante hoc titulo exponuntur quoque Evan-
gelia Marci, Lucae, et Joannis. Initium ita
sonat: "In illo tempore cum appropinquas-
set Iesus Ierosolymam etc. Dominus ac re-
dentor noster fratres carissimi qui sempiternus
est aequalis Deo etc: In erudiendo harum expo-
sitionum authore hucusque oleum, et opus-
culam perdidit. Ultima quidem nomen beati
Gregorii praefert, sed perperam: editores enim
ex Congreg. S. Mauri eam plane ignorant,
reliquae a Gregorii dicendi genere longedis-
cordant. Haec aut plerumque parentum
facta, aut ex opere prolixiori in epitomen
redacta mihi videntur.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 110

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at -
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: manuscripta.at/?ID=27447

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER](#) - Online manuscript description (HMML)

Handschriftencensus - Eine Bestandsaufnahme der handschriftlichen Überlieferung deutschsprachiger Texte des Mittelalters:

<http://www.handschriftencensus.de/9632>